

Henning Wegner   Gabriel Leisnitz

**Disputatio II. Ad I. creditores 10. & seqq. usq[ue] ad I. 23. Tituli XVI. lib. L.  
Pandect. De Verborum Et Rerum Significatione**

Regiomonti, 1617

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769807933>

Druck   Freier  Zugang





V. N. — 2 (100.)

1. Mollenber de duobus testamentis simul validis.
2. Cuvoc de investigando definiendoque statu causae forensis.
3. P. Müller de libris officialium, autli vngi str.
4. Stanting de curatore ad litem.
5. Stryci de juramento purgatorio in causis civilibus.
6. Stryci de domicilii mutatione.
7. Radov. de subfeudis.
8. Bünsow de jure deactionis et emigrationis.
9. Stryci de matrimonio ex ratione status.
10. Beckmann de libris aetatis.
11. Bürsfeld de tituli invalidi convalidatione.
12. von Aowelbe. de praerogationibus.
13. Both de anatopis rno.
14. Charivius de dolo.
15. Charivius. de culpa.
16. Willebrandt. de senatusconsulto macedoniano.
17. Ranger de masculorum conditionibus melioribus in jure.
18. Rahne de jure protinereos.
19. Ranger de concurren actionum.
20. Ranger de eo quod iustum est circa consilium.
21. Pauli de immunitate et foro philosophorum.
22. Radov. de furtis.
23. Büttner de torturis et tormentis.
24. Krafft de concursu iudicii civilis et criminalis in causis ultimi supplicii
25. Meyer de iudicio in crimine magiae quoad torturam reprobatis et approbatis.
- 26-2. Wegner de verborum significatione disput. 1-1x.
27. Cleemann de reciproca cohaerendum substitutione
28. Eichrod de vi rei iudicatae.
29. Wincoop de revocanda divisione hereditaria.
30. Reinhardt. de successione fidei.
31. Banfa de usuris ultra alterum tantum.
32. Schroeter de commodo vel incommodo ex alterius persona accidente, quod ex sua non habuisset.
33. Schroeter de reformatione iuris civilis circa causas matrimoniales a Romanis pontificis per ius canonicum perversè tentata.
34. Streit de actione quae ex mala ministerii administratione competit.

35. Gribner de fidejussore mulieris apud Saxonas sine curatore contrahentis.
36. Beckmann de patria potestate.
37. M. Graf de jure tutorum.
38. Klünger de dote.
39. Werner de jure emphyteutico.
40. Streit de repudio et divortio.
41. G. Engelbrecht de successione ab intestato et honorum possessione.
42. J. L. D. Böhm de filio vasalli successore in feudum.
43. de Khevenhüller ab Aichelberg de eligendo Romanorum rege.
- 43<sup>2</sup>. de Bellmont de academia Erfurtana.
44. Spoenla de foro ac privilegiis practiciantium in camera imperiali.
45. Kestner de jure humaniore Codicis.
46. Schroeter de relaxatione juramentorum.
47. Schroeter de probatione per testes et praesumptiones itemque juramentis  
to judiciali et necessario in processu executivo locum habente.
48. Brückner de favore ultimarum voluntatum.
49. Schroeter de principum recriptis eorumque usu moderno.
50. Sahn de jure numeri septenarii Bon. Vuff sur subaudius Zaff.
51. Wolpmann de eo quod justum est circa contractus noviter introductos.
52. Scherbaum de pariete communi ejusdemque jure.
53. Schmidt de denunciatione e suggestu.
54. Schulz de eo quod justum est circa parochianos.
55. Ludovici de eo quod justum est circa campanas.
56. Streit de quatuor quartis.
57. Napoo de impensis in rem alienam a l. et m. f. possessore factis.
58. Schott. de uxore desertivae dote sua esse regula quidem, non tamen  
semper privanda.
59. Bauer formulam, qua pecunia dotalitium serviens vidua mortua  
in feudum ad filios reverti jubetur, fideicommissum non inferre.
60. Riccio de conventionione obligationis debitoris ad carcerem in omni  
ra debiti.

DISPUTATIO II.

*Ad l. creditores 10. & seqq. usq. ad l. 23.  
TITULI XVI. lib. L. Pandect.*

DE VERBORVM ET  
RERVM SIGNIFICATIONE,

QVAM

DEI iuvante gratiâ

Sub Præsidio

HENNINGI WEGNERI I. U. D.  
& Professoris ordinarij.

In Academiâ Regiomontanâ publicè  
tuebitur

GABRIEL LEISNICIVS  
Dantiscanus Borussus.

*Ad diem 8. Julii.*



REGIOMONTI  
Excusa Anno clō Io cxxvii.



Viris

*Virtute, animi candore vitæq; sanctimoniâ integerrimâ, & longo rerum civilium usu præstantissimis,*

Dn. GEORGIO Schrader/

Centumviro, atque suo è baptis-  
mate susceptori

Dn. BENIAMINO Engelke/

Cognato suo,

Dn. PETRO Deutschländer/

Affini suo,

} plurimum ho-  
norandis

Civibus & Mercatoribus apud Ge-  
danenses primariis,

*Dn. Mecanatibus summo studio observandis:  
observantiâ summâ colendis, hoc symbolum  
gratitudinis,*

*offere & sacras*

Gabriel Leisnicius, Respondens.

Ad l. 10.

**C**REDITORES accipiendos esse constat eos, quibus debetur ex quacunq; actione, vel persecutione; vel jure civili, sine ulla exceptionis perpetuae remotione, vel honorario, vel extraordinario; sive purè, sive in diem, vel sub conditione. Quòd si naturà debeat, non sunt loco creditorum. Sed si non sit mutua pecunia, sed contractus, creditores accipiuntur.

Ad l. 11.

Creditorum appellatione non hi tantum accipiuntur, qui pecuniam crediderunt, sed omnes, quibus ex qualibet causâ debetur.

Ad l. 12.

Vt si cui ex empto, vel ex locato, vel ex alio ullo debetur. Sed etsi ex delicto debeat, mihi videtur posse creditoris loco accipi. Quod si ex populari causa, ante litis contestationem rectè dicetur, creditoris loco non esse; postea esse.

† Credere est fidem alienam sequi, l. 1. de reb. credit: Potissimum verò mutuum dans sequitur fidem accipientis, dum rei mutuatæ dominium quoq; transfert & credit, rem eandem non in specie, sed in eodem genere recepturus. princ. instit. quib. mod. re contrah. oblig. † Ergò constat mutuante, si non solùm; certè creditorem significatione palmariâ dici l. 11. ibi, qui pecuniam crediderunt vsq; h. tit. nost. l. 2. §. mutui datio 1. ibi, in ceteris rebus in creditum ire non possumus, de reb. credit. † Sed creditoris nomen extendi latius, est in hac l. nost. & seqq. Primum creditorem esse definitur ex quacunq; actione & persecutione. Per actionem intelligit

B 2

ligit



ligit tam realem, quam personalem, quatenus scilicet illa re ad di-  
 citur actio *l. pecunie 178. §. 2. inf. h. tit.* Extraordinaria etiam per-  
 secutiones actionis verbo hic venire potuissent *l. actionis 34. inf. hoc  
 tit. n.* sed majoris perspicuitatis gratia generali & suo nomine e-  
 asdem hic expressit. Deinde ista generali definitione non con-  
 tentus, significationem hanc etiam ex causis actionum explicat,  
 ipsis scilicet obligationibus, quæ ex jure censentur, & ex facto  
 4 arg. *§. 1. & 2. inst. de obligationib.* †. Jus naturale est aut civile *l. pe-  
 nult. de l. & l.* Civile comprehendit in specie sic dictum, & præto-  
 5. rium seu honorarium, *l. actionum 25. §. fin. de O. & A.* † Actiones  
 ex jure gentium etiã dicuntur civiles *l. in commodato 17. §. sicut. 3. ibi,  
 actionesq; civiles. commod.* & nomina contractuum juris gentium, ju-  
 re civili prodita, *l. 3. de præscript. verb.* & jure civili actio ex empto  
 esse dicitur, *l. proinde 33. in princ. de Adili edict.* cum tamen emptio  
 6. juris gentium sit, *§. ex hoc jure. Instit. de I. N. G. & C.* †. Scilicet  
 quã ratione formæ suæ jus civile, juri naturali opponitur, jus gen-  
 tium species est juris civilis *Cic. lib. 3. offic. Hortensius ad §. jus autem  
 civile. instit. de jure N. G. & C.* Jure igitur civili creditor dicitur et-  
 7. iam, cui jure gentium debetur. †. Sed quia mero jure civili con-  
 tra æquitatem deberi potest, & exigi, si non ex æquitate exceptio  
 simul formulæ actionis petiti fuerit inserta, quæ superficialiter de-  
 bitum averruncet: *princ. §. 1. & seqq. instit. de except. l. præscriptionem.  
 8. & seq. C. de except.* meritò addidit Ulpianus, jure quidem civili  
 creditorem dici, si non exceptione perpetuã removeatur. Ista e-  
 nîm actio, quæ veretur exceptionem perpetuam, in effectu pro  
 8. nulla est *l. eleganter. 7. §. servus pactionis. de dolo.* † Honorarium  
 jus dictum ab honoribus, quos gerunt ejus autores. *§. prætorumquo-  
 que instit. de I. N. G. & C.* Utrumq; aut ordinarium est, aut extraordi-  
 narium. Ordinarium est, quod habet executionem ordinariam,  
 ordinariis postulationum diebus pro tribunali *arg. l. 2. §. in bonorum  
 2. quis ordo in bon. post. serv. l. pecunie. 178. inf. h. tit. Rævard. cap. 7. pro tri-  
 bunali.* Extraordinarium de plano expediebatur *l. 1. §. sed ex contras-  
 rio. 18. de exercit. act. princ. instit. de fideicommiss.* Ordinarium jus, actio-  
 9. nis; extraordinarium, persecutionis verbum hic respicit. †. Et quia  
 jus in obligatione aut purum est, ex quo statim peti potest debitum  
*l. in omnibus 14. de R. l.* aut cum adjectione diei, qui non obligatio-  
 nem

nem, sed actionem differt; vel conditionis, quæ ipsam quoque obligationem suspendit *l. cedere diem. 213. inf. hoc tit.* specialiter, ex omni obligatione, subjicit creditorem dici, etiam conditionali *l. in possessionem 6. quib. ex caus. in possess. eatur*, modò ante ipsam conditionem obligatio sit, quæ existente conditione non incipiat primùm, ut sit in legatis, *l. 4. §. 5. quando dies legat. ced.* sed retrò fuisse appareat, quod sit in contractibus *l. is cui 42. de O. & A. l. que legata. 18. de R. 1.* Et in his quoque creditor tantùm conditionalis est, & non nisi effectus conditionales habet. *§. ex tonditionali. instit. de V. O. l. penult. §. ult. ex quib. caus. in possess. eatur.* † Eodem modo cum debitor 10 sit is, à quo in vito exigi pecunia potest *l. debitor. 108. inf. h. tit.* qui sub conditione debet, tantùm actu suspenso debitor dicetur; nam etiam ab hoc exigi quidem pecunia etiam invito potest, sed non purè, nec statim. † Exactio intelligatur non de facto ipso, sed de 12 jure. adde *Alciatum ad l. i. n. 73. de reb. credit.* † Jus naturale est ipsum 12 æquum bonum *l. penult. de I. & I.* quod vel autoritate cogendi mun- nitum est, & juri civili inest: aut per se est ab omni exactione nu- dum *l. naturales. 10. de O & A.* † Et de debito naturâ tantùm Vlp. 13 hic ait, cui sic debetur, ipsum non esse loco creditoris. † Ipsa e- 14 nim naturalis obligatio non tam juris, quàm facti est, *l. nec servus 41 de pecul.* Destituitur speciali approbatione legislatoris, & conse- quenter potestate exactionis. *l. Stichum. 95. §. naturalis. 4. l. is cui. 94. §. Favius 3. ibi, que petitionem de solut.* consequenter nec dicetur qui- dem obligatio *l. 3. de O & A.* † Etsi enim civilibus obligationibus 15 sine alio fundamento non subsistentibus substerni possit, veluti fi- dejussioni aut pignori aut constituto. *l. quod enim. 7. de fidejuss. l. quæsti- tum. 14. §. i. de pign. l. 1. §. debitum. 7. de constit. pecun.* tamen & tùm ni- hil amplius est, quàm loco materiæ, quæ ex ipsis obligationibus ci- vilibus formam & vires accipit; aut facto ipso solutionis & reten- tione sola defenditur. *tot. tit. de condic. in deb.* nec ideò magis obli- gationis nomine venit *l. Stichus 24. de stat. liber.* nisi improprie & per abusionem *l. fidejussor. 16. §. naturales. 4. de fidejuss.* qualiter & testa- mentum falsum, appellatur testamentum. *l. 2. §. 1. quemadm. testam. aper.* † Ex facto obligationes sunt ex contractu, aut delicto. *l. 1. 16 prin. de O & A.* † Dicitur antea, creditum propriissime de mutuâ pecuniâ dici. Hic verò Ulpianus subjungit, etsi non sit mutua 17 pecu-

18. pecunia sed contractus, creditores accipiendos. † Contractus opponit mutuo, quod rectè fit in propriissimâ contractus significatione. *l. Labeo. 19. inf. h. t. n.* De contractibus ex uno latere consistentibus minùs dubii esse poterat, quod in illis creditor debitoris fidem simpliciter sequatur. In contractibus ultrò citroq; obligatoriis, etiam reciprochè, & non nisi respectu mutua obligationis, alter alterius fidem sequitur, postquam in illis, suo respectu, uterque creditor simul & debitor existit. † At ex Cajo in *l. seq.* compilatores creditorum appellatione, omnes accipi tubnectunt, quibus ex aliquâ causâ debetur, id est, ex omni causa obligationem producente. Quod tam ad delicta, quàm contractus quoscuque pertinere in *l. 12.* declaratur. † In delicto creditor fidem debitorum sequitur non ex voluntate aut conventionione, sed ex necessitate & re ipsa *prim. inst. de obl. que ex deli. nasc.* Etenim dum delinquens damnum aut injuriam facit, ipse quidem cui fit, mallet non factum, sed postquam factum est, & factum infectum fieri nequit: utiq; ne sibi id frustrâ factum sit, mavult recompensam, & quoad
19. hoc, voluntate consequente, sequitur fidem delinquentis. † Fateri cum Alciato oportet, fieri hoc non tam ptopriè ut in contractibus ad *d. l. 1. de reb. credit. num. 61. & seqq.* sed tamen manet, fieri posse, modo scilicet jam dicto, ut creditoris loco accipiatur, cui ex delicto debetur *d. l. 12. h. tit.* † Hoc ita accipiendum erit, si obligatio ex delicto perfectè alicui fuerit quæsitâ. Alioquin ante obligationem perfectè acquisitam, non ratione causæ negabitur creditum aut creditor, sed ratione imperfectitudinis. Id contingit in actionibus popularibus ante litem contestatam. In illis delinquens universitati obligatus est *l. 1. de popular. act.* non singulis de
20. universitate *arg. l. in tantum. 6. §. 1. de R. D.* † Sed per litis contestationem actor in locum universitatis subrogatur & tunc rectè creditor dicitur *d. l. 12. l. 3. §. idem scribit. 11. de pecul.* Litis contestatione prior obligatio novatur & contestanti acquiritur *l. delegare 11. de novat.* in quantum scil. actor litem suo nomine contestatur, sive in totum ut in *l. 1. in prin. de sepulch. viol. l. 7. & 9. de jurisd. omn. judic.* sive pro parte *l. lege Cornelia 2. §. ex hoc edito. ad Sc. Syll.*
21. † Quod si nullatenus suo nomine quis experiatur, sed criminaliter agat, nec quidem sibi per litis contestationem debitorem acquisivit,

quisivit l. 3. §. dixus. de sepulch. viol. l. fin. de term. mot. l. mulctarum §. C.  
de mod. mulct.

Ad §. 1.

Minus solvit, qui tardius solvit: nam & tempore minus solvitur.

† Creditor manet pro parte debiti non soluta. Ea occasione si  
debitum totum solutum sit, sed non statim tempore, quaeri potuit, 1.  
num creditor adhuc dicatur respectu eius, quod propter moram  
commoditatis abest? Et responderetur, tardius solutum, recte mi-  
nus solum dici. l. solidum 85. de soluti. † Sicuti enim & tempore 2.  
plus peti potest, respectu debitoris, qui interea ex pecunia de-  
bita quid potest lucrari §. plus autem. inst. de act. ita & tempore mi-  
nus solvi, respectu creditoris h. l. n.

Ad l. 13.

Mulieris appellatione etiam virgo viripotens  
continetur.

† Nullum dubium esse debet, ad nuptas & corruptas, mulieris 1.  
appellationem primario & semper pertinere, cum actu mulieres  
sint: imò ubi lex non potentiam, sed actum absolutum spectat,  
illæ solum dicuntur mulieres ut in l. alioquin. 11. §. 1. de contrah. emt. l.  
ex emto 11. §. si quis virginem §. de act. emt. l. queritur 14. §. mulierum. 7.  
de edil. edict. † Virgines verò mulieres dici possunt potentia seu 2.  
habilitate: Viripotentes quidem potentia presenti & ad actum  
proxima, quæ tunc mulieris appellatione continentur etiam ex-  
clusis minoribus, cum lex non solum actum, sed tamen poten-  
tiam presentem intuetur ut h. l. n. prim. inst. de nupt. prim. instit. quib.  
mod. ut. fin. † At quando lex potentia etiam futura est contenta, 3.  
nomine mulieris etiam infantes comprehendit, quibus ipsis e-  
tiam talis potentia inest. l. argumento. 25. §. muliebri. 9. de aur. arg. le-  
gat. l. servis legat. 81. §. mulieribus. 1. de legat. 3. l. pronuntiatio. 175. §.  
fin. h. tit.

Ad

*Ad S. 1.*

Res abesse videntur (ut Sabinus ait & Pedius probat) etiam hæ, quarum corpus manet, forma mutata est: & ideo si corruptæ redditæ sint vel transfigurata, videri abesse: quoniam plerumq; plus est in manus pretio, quàm in re.

*Ad S. 2.*

Desinere autem abesse res tunc videtur, eùm sic redit in potestatem, ne amittere eius possessionem possimus; ob hoc, quod furto pridem subtracta est.

*Ad S. 3.*

Abest & ea res, quæ in rebus humanis non est.

*Ad l. 14.*

Labeo & Sabinus existimant, si vestimentum scissum reddatur, vel res corrupta reddita sit, veluti scyphi collisi, aut tabula rasà picturâ, videri rem abesse: quoniam earum rerum pretium, non in substantia, sed in arte sit positum. Item si dominus rem, quæ furto sibi aberat, ignorans emerit, rectè dicitur res abesse, etiam si postea id ita esse sciverit: quia videtur res ei abesse, cui pretium abest.

*Ad S. 1.*

Rem amisisse videtur, qui adversus nullum eius persequendæ actionem habet.

† Res formâ constant & materiâ; & utriusque ratione possunt nobis abesse. Ratione formæ dupliciter: aut enim forma rei tantum

santum tollitur: aut nova superinducitur. Tollitur cum corrumpitur l. 9. b. tit. n. Hujus corruptionis exempla Paulus in prim. l. 14. proponit ex Labeone & Sabino. † Sed & cum nova forma superinducitur, quod fit specificatione seu transfiguratione, de qua in §. cum ex aliena. 25. & seqq. instit. de R. D. res dicitur abesse, quia etsi corpus, id est, ipsa materia maneat, nova tamen forma, quæ dat nomen & esse rei, efficit, ut res nova sit, & de veteri nihil videatur superesse l. Julianus 9. §. sed si quis. ad exhibend. † Formam potius 3. spectamus, quæ mutata abest, quam materiam, quæ in novâ formâ superest. Quia plerumq; plus est in manus pretio, quam in re. Pretium seu æstimationem spectamus, ut res in nostro patrimonio esse dicatur ut dictum ad l. 4. & 5. sup. h. tit. † Pretium autem plerumq; æstimatur magis ex manus pretio, id est, formâ per manum 4. seu artificium inducâ, quam materiâ rudi: vel, ut Paulus loquitur, rerum pretium plerumque non in substantiâ, id est, in materiâ, ut in l. in venditionibus. 9. §. inde queritur. 2. de contrah. emt. sed in arte est positum. Quod in re corruptâ minus dubii habet, quæ jam nihil, aut minus valet, quam eum esset integrâ. † Eadem tamen ratio 5. militat & in specificatione. Nam licet nova forma fortassis æquè bona, aut etiam melior sit priori, & tantundem, plusvè valeat: attamen non tantum hæc ipsa rem domino priori aufert, & addicit specificanti d. §. cum ex aliena; verum etiam, si specificans materiæ domino rem specificatam relinqueret, nihilominus domino aut sumtus refundere molestum erit; aut rem in priori formâ, licet viliori, habere mavolet, quia sic ipsi magis conducat. arg. §. si quis agens. 33. versu. qui etiam instit. de act. † Ratione materiæ res 6. nobis abest, aut respectu nostri, aut etiam rei ipsius. Respectu nostri, cum est apud alium, aut est ita apud nos, ut à nobis vel avocari possit, vel eius loco nobis pretium absit. † Quando res apud 7. alium est, nemo ambigere debet rem nobis abesse. Etsi enim actio nobis supersit, quâ rem possumus repetere, & qui actionem habet ad rem, videatur rem ipsam habere: l. is qui actionem. 15. inf. de R. 1: longè tamen aliud est, rem, & aliud, actionem loco rei: item aliud reverâ habere, aliud habere videri. ut in d. l. 15. explicatur. Sin res apud nos sit, videbatur dici non posse, eam nobis abesse, quam possessione nostrâ occupatam teneremus. At ista occupatio

B

quan-

quandoq; sine effectu est, scilicet: cum res à nobis vicissim potest reme-  
dio juris avocari. Eapropter tunc merito dicitur abesse, nec ante desi-  
nere abesse, nisi cum sic redit in potestate, ne amittere ejus possessio-  
nem possimus, ob hoc, quod furto pridem subtracta est, aut ex causa  
simili *h. l. n. §. desinere l. non videtur. 22. de acq. possess. l. 4. §. tunc in pote-  
statem. 12. de usucap. l. si quis in tantam 7. C. unde vi.* † Cum autem res qui-  
dem ipsa à nobis avocari nequit, pretium tamen abest, ut si dominus  
rem, quæ furto sibi aberat, ignorans emerit, rectè dicitur abesse,  
etsi id ita postea esse sciverit *d. l. Labeo 13. h. tit. n.* Nempe illud ipsum  
abest, ex quo res in patrimonio nostro esse dicitur, æstimatio seu  
10. pretium rei, *l. tantum. 88. inf. h. tit.* † Res in specie & per se non ab-  
est, sed in genere. At species sine genere non est. Igitur cum  
genus abest, necessaria consequentia rectè dicitur & speciem seu  
11. rem ipsam abesse. † Respectu sui ipsius res abest, quæ in rebus  
humanis non est, quæ in totum extincta est *d. l. 13. §. fin.* † Simpli-  
12. citer quidem dicitur abesse, si qua actio eius nomine nobis supersit.  
*l. quod te mihi. 5. si certum petatur.* Ubi verò adversus nullum eius per-  
sequendæ actionem habemus, ut in *l. contractus 23. in fine inf. de R. l.*  
etiam rem amisisse videmur *d. l. Labeo 14. §. fin.*

*Ad l. 15.*

Bona civitatis abusivè publica dicta sunt. Sola  
enim ea publica sunt, quæ populi Romani sunt.

*Ad l. 16.*

Eum, qui vestigal populi Romani conductum  
habet, publicanum appellamus. Nam publica in  
compluribus causis ad populum Romanum respicit:  
civitates enim privatorum loco habentur.

*Ad l. 17.*

Inter publica habemus non sacra, nec religiosa,  
nec quæ publicis usibus destinata sunt: sed si qua sunt  
civitatum velut bona. Sed peculia servorum, civita-  
tum, procul dubio publica habentur.

*Ad*

Publica vectigalia intelligere debemus, ex quibus vectigal fiscus capit: quale est vectigal portus, vel venalium rerum, item salinarum, & metallorum & picariarum.

† Res humani juris publicæ sunt aut privatæ. Quæ publicæ 1. sunt, nullius privati in bonis esse creduntur, sed ipsius universitatis *l. 1. in princ. d. R. D.* † Universitas autem omnium hominum 2. est, aut certi alicuius populi, aut certæ communitatis in populo. Inde quæ Cajo *in d. l. 1. generaliter* publicæ res dicuntur, Imperatori sunt aut communes, aut publicæ, aut universitatis *in princ. inst. de R. D.* † Rerum communium proprietas nemini assignari potest, usus 3. autem omnium & singulorum communis. §. *litorum. 5. instit. d. tit.* Hæ res in specie non dicuntur publicæ, sed communes, quia non tantum alicuius populi, sed omnium hominum sunt. Publicæ in specie dicuntur, quarum proprietas est populi *arg. §. flumina. 2. inst. de R. D.* † In iure Romano intellige populum Romanum, ut ibi 4. publica propriè sint, quæ populi Romani sunt *h. l. n.* scilicet per excellentiam §. *sed jus quidem civile. 2. inst. de I. N. G. & C.* † Publicarum rerum usus aut communis est, aut populi peculiatis: in illis proinde, quoad usum, inter publicum & commune nulla differentia est, nec in re, nec in verbis §. *1. ibi litora maris, juncto §. litorum 5. in vers. publicus, inst. de R. D.* Sed & ipsæ res communes publicæ appellantur *l. litus. 112. inf. h. tit.* scilicet propter usum, qui in publicis ejusmodi & communibus est indifferens. *arg. l. quod in litore. 14. de acq. rer. dom.* quanquam ipsæ etiam res communes sunt & publicæ 6. *d. l. 1. de R. D.* † Sunt verò res publicæ, quarum etiam usus populi solius est, vel singulorum in populo, quæ habentur commoditatis gratiâ, veluti theatra, stadia, fora, balnea publica, quæ nullibi inter res communes recensentur, nisi cum adjuncto, ut dicantur communia populi aut civitatum *l. in tantum. 6. §. universitatis 1. de R. D.* vel universorum tantum, non singulorum, quæ in pecuniâ populi esse dicuntur *l. sed Celsus. 6. de contrahent. emt.* † In populo deniq; possunt esse peculiare universitates, quæ eodumq; non



pertingant, ut populus per se sint, sed tamen universitates suas  
*rubr. & l. 1. quod cuiusq; universitatis nom.* Istæ universitates, collatæ  
 cum populo, non censetur ut totum per se, sed ut pars totius, puta  
 populi; etsi civitates integræ sint, privatorum loco habentur *l.*  
*eum qui vestigal. 16. in fin. h. tit.* Non sunt populus, sed membra po-  
 puli. Igitur & res illarum non sunt propriè publicæ seu publi-  
 cæ *d. l. bona 15.* & publicanus propriè, qui vestigal populi Romani  
 8. conductum habet *d. l. eum qui vestigal. 16.* † Attamen quibus per-  
 missum est corpus universitatis habere, eorum proprium est, ad  
 exemplum Reipub. habere res communes *l. 1. §. quibus autem 1. quod*  
*cuiusq; universit. nom.* Et res illæ, ad exemplum seu per abusione[m],  
 etiam exinde publicæ dictæ sunt *d. l. 15.* & eodem ferè jure cum  
 publicis utuntur *l. usucapionem. 9. de usucap. l. sed etsi. 13. §. 1. de publ. &*  
*vest. l. ut inter divinum. 23. C. de SS. eccles. l. 4. §. fin. ad l. lul. pecul. Gôdd. ad*  
 9. *l. 17. n. 16. & 17. h. tit. n.* † Ista similitudine & res universitatis aliæ  
 sunt commoditatis gratia, aliæ in patrimonii causa. Illæ non ita  
 habentur inter publica bona, quemadmodum hæc, civitatum velu-  
 ti bona *l. inter publica 17. h. tit. n.* Hæ enim & proprietate & usu sunt  
 universitatis: illæ proprietate tantùm: usu autem jure civitatis  
 sunt singulorum *l. sicut 7. §. si quid 1. quod cuiusq; univers. l. in tantum 6.*  
 10. *§. universitatis. de R. D. l. 2. §. 2. ne quid in loc. publ.* † Igitur quando com-  
 mune universitatis proconsul possideri jubet *l. 1. §. quod si nemo 3.*  
*quod cuiusq; univers. id intelligitur de rebus universitatis, tam usu,*  
*quàm proprietate communibus seu publicis l. civitates 8. eod. tit.* Ejus  
 generis sunt & vestigalia, si quæ universitas habet *l. vestigalia 10. C.*  
 11. *de vestigal. & commiss.* † Sed ut dictum hæc vestigalia publica di-  
 cuntur, tantùm propter quandam similitudinem. Ut enim reti-  
 neatur isthæc differentia *Ulpianus in d. l. 17. in fin.* iterum propriè  
 12. publica vestigalia definit, ex quibus vestigal fiscus capit. † Fiscus  
 est patrimonium Principis, & res fiscales quasi propriæ & privatæ  
 13. Principis *d. l. 2. §. hoc inter dictum 4. ne quid in loc. publ.* † Jus fisci uni-  
 versitates non habent; ad angustiarum tamen civilium solatia illis  
 ad exemplum quandoq; vestigalia percipere permittitur *d. l. 10. C.*  
*de vestigal.* Inter exempla vestigalium publicorum primò nume-  
 rat vestigal portus, alibi appellatur portorium *l. omnibus 3. C. de res*  
 14. *estigal. & commiss.* est reditus ex transitu portus. † Vestigal rerum  
 venalium

nalium exigitur ob merces publicè proponendas Cujac. hic & 6. ob-  
servat. 28. & lib. 24. observat. cap. 8. Vectigal salinarum, reditus est ex  
salinis, ut metallorum ex metallis, & picariarum ex pice. Gôdd. hic  
n. 8. & seqq. † Qualiter hodie ad regalia pertinere dicantur, videat  
tur e. un. que sint regal. in usib. feud. Rosenthal. de feud. c. 5. conclus. 31.  
& seqq.

*Ad l. 18.*

Munus tribus modis dicitur: Vno donum: &  
inde munera dici, dari, mittivè. Altero onus:  
quod cum remittitur, vacationem militiæ mune-  
risq; præstat: inde immunitatem appellari. Ter-  
tio officium: unde munera militaria, & quosdam  
milites munificos vocari. Igitur municipes dici,  
quod munera civilia capiant.

† Muneris significationes, non species, hic proponuntur. Pri-  
mo modo dicitur donum. Non quodcumque tamen donum, est  
& munus. † Inter donum & munus hoc interest, quod inter genus 2.  
& speciem l. inter donum. 194. inf. h. tit. Donatio est factum liberali-  
tatis gratiâ aliquid dantis l. 1. §. igitur. de donat. Donum verò à do-  
nando dictum, res est, quæ donatur d. l. 194. h. tit. Et sicut donatio  
alia simplex, alia cum causâ l. alienatum. 62. §. donationis. 1. inf. h. tit. l. §.  
filii. 20. §. si pater. 3. fam. l. ercisc. ita & donum vel meræ liberalitatis  
est, vel quid annexum habet liberalitati aliquantisper derogans.  
† Donum absolutum non est munus, sed donum cum causâ, utpu- 3.  
ta natalitium, nuptalitium d. l. inter donum 194. inf. h. tit. n. Natali-  
tium est, quod diei natalis: nuptalitium, quod nuptiarum causâ da-  
tur Cujac. ad d. l. inter donum. Gôdd. hic & ad d. l. 194. n. 11. † Altero 4.  
modo munus dicitur onus. Onus gravamen est, impostum per-  
sonæ, aut rei, aut mixtim l. munerum. 18. de munerib. & honorib. Econ-  
trâ immunitas est oneris seu muneris remissio h. l. n. tot. tit. de vacat.  
& excusat. mun. † Tertio modo sumitur pro ipsa causa oneris, offi- 5.  
cio scilicet. Officium publicum est aut privatum. Publicum vel  
cum dignitate est, vel sine dignitate. Illud vocatur honor; hoc

B 3

munus.

- munus. l. honor. 14. in princ. & §. 1. de muner. & honor. Etgò & hic officium genus muneris est. † Munus publicum Jctus Pomponius in l. pupillus. 239 §. munus. 3. inf. b. tit. definit, officium privati hominis, ex quo commodum ad singulos universosq; cives, remq; eorum, imperio magistratus extraordinario pervenit † Dicit esse officium privati hominis, quia cui munus imponitur, non fit exinde publica persona, est enim sine titulo dignitatis d. l. 14. §. munus 1. de munerib. & honor. Nec imponitur personæ publicæ aut honorem sustinenti munus, l. honorem 10. eod. tit. Subit autem id munus privatus, personæ aut patrimonii ratione l. fin. §. hæc omnia 28. de mun. & honor.
6. † Dicit commodum exinde venire ad singulos universosq; cives. Quando commodum pervenit ad cives universos, non est dubium rectè munus publicum dici; & finis, & objecti ratione, scilicet cum consistit in administrandâ Republ. d. l. 14. §. 1. † Sed quando commodum pervenit ad singulos, ratione finis quidem publicum est, prin. inst. de excus. tut. rei tamen, quam administrat, ratione privatum est l. non tantum 17. §. is qui adilitate. 4. junctio §. eos qui 2. de excus. Voluit autem Jctus ipsâ definitione suâ utrumq; comprehendere. † Dicit imperio magistratus extraordinario; quia extra ordinem, non viâ actionis, sed extraordinariis remediis, utpote pignoribus captis, aut metu vinculorum invitati ad eadem coguntur. Alias enim munera ipso jure, sive scripto sive non scripto, aut vi jurisdictionis, seu imperio ejus, qui jubendi habet potestatem,
7. obire dicimur l. munus 214. inf. b. tit. † Et in hac significatione quidam milites vocantur munifices, id est, munera facientes, aut officia militaria, velut qui agunt excubias, quibus opponuntur principales & beneficiarii, ab eiusmodi muneribus liberi seu immunes Cujac lib. 9. Pauli ad edict. in h. l. n. Similiter iade municipes dicuntur, muneris participes, quod munera civilia capiant l. 1. in prin. ad
8. municip. † Inter has muneris significationes Martianus in d. l. 214. ostendit postremam esse propriam: munus propriè dici, quod necessariò obimus: quod sponte præstatur donum propriè dici, non munus: sed usu in hoc ventum esse, ut non quidem omne munus rectè dicatur donum: at quod donum fuerit, id est, quod tanquam
9. donum officio & sponte præstatur, id munus rectè dicatur. † Particula quod, non est intelligenda uniuersaliter, nec referenda ad donum,

donum, ac si donum quodcumq; rectè dicatur munus, contra d.l. in-  
ter donum 194. inf. h. tit. sed ad verbum munus. ut sit sensus: quod  
munus donum fuerit, non ideo minus rectè adhuc munus dici.  
Cujac. add. l. inter donum. 194.

Ad l. 19.

Labeo libro 3. Prætoris urbani definit, quod  
quædam agantur, quædam gerantur, quædam contra-  
hantur. Et actum quidem generale verbum esse, sive  
verbis sive re quid agatur: ut stipulatione, vel nume-  
ratione. Contractum autem, ultrò citròq; obligatio-  
nem, quod Græci *συνάλλαγμα* vocant; veluti emtio-  
nem venditionem, locationem, conductionem, so-  
cietatem. Gestum rem significare sine verbis factam.

† Ex Labeone Ulpianus discrimen inter actum, gestum & con-  
tractum, cujusq; definitione explicat † Actum ait generale ver- 2.  
bum esse, respectu scilicet gesti & contractus, cum quibus con-  
fert. Generale est proprietate suâ: alioquin & gestum generale æ-  
què: sed *καταχρηστικῶς*, seu per abusionem l. licet 58. inf. h. tit. † Com- 3.  
prehendit actum quemcumq; sive verbis agatur, sive re. Verbis a-  
gitur, quod verbis expeditur, veluti stipulatione, quæ exinde etiam  
definitur verborum conceptio l. stipulationum 5. §. 1. de V. O. Re agi-  
tur, non tantum cum res datur, ut in contractibus re constantibus;  
101. tit. inst. quibus mod. re contrah. oblig. sed & facto simplici sive in  
contractu l. semper. 34. inf. de R. I. & ibi Dd. sive in delicto prim. inst. de  
obl. que ex delicto nasc. † Ab hac generalitate primùm excerptit specia- 4.  
lissimum eidemq; nomen speciale contractus assignat. Contractum  
primò declarat definitione: deinde græco nomine: deniq; exem-  
plis. Definitio est quod sit ultrò citròq; obligatio. Genus est obligatio:  
differentia in verbis ultrò citròq; † Ajunt contractum esse causam ob- 5.  
ligationis §. sequens 2. instit. de oblig. malè autem effectum constitui  
genus causæ. † Atqui contractus dupliciter considerari potest: aut 6.  
quatenus est in fieri, quatenus est causa obligationis ut in d. §. sequens  
& tunc cōtractus dicuntur facti l. consil. 7. §. fin. de curat. furiosi. dicun-  
tur etiam causa contrahendi l. in omnibus 55. de O. & A. aut quatenus  
est

est in esse, jam perfectus & absolutus. & tunc non causa, sed species est obligationis, obligatio contracta, l. 1. §. si stipulam 4. de V. O. non factum, sed jus est h. l. n. arg. l. omnem 20. de judic. l. si divorcio. 21. de V. O. causa est non obligationis, sed actionis l. certi. 9. in prin. de reb. credit. † Er ipsum quoque verbum obligationis sic accipi potest, ut sit juris vinculum aut perfecti aut perficiendi, cum eam oporteat esse prius in actu fiendo, quam in facto. † Igitur utro modo contractum accipiamus, eodem modo genus eidem obligationem constituere possumus. † Deinde additur contractum esse obligationem ultrò citròque, id est, hinc inde, seu ex utroque latere

7. † Er ipsum quoque verbum obligationis sic accipi potest, ut sit juris vinculum aut perfecti aut perficiendi, cum eam oporteat esse prius in actu fiendo, quam in facto. † Igitur utro modo contractum accipiamus, eodem modo genus eidem obligationem constituere possumus. † Deinde additur contractum esse obligationem ultrò citròque, id est, hinc inde, seu ex utroque latere

8. † Igitur utro modo contractum accipiamus, eodem modo genus eidem obligationem constituere possumus. † Deinde additur contractum esse obligationem ultrò citròque, id est, hinc inde, seu ex utroque latere

9. † Deinde additur contractum esse obligationem ultrò citròque, id est, hinc inde, seu ex utroque latere

10. † Deinde additur contractum esse obligationem ultrò citròque, id est, hinc inde, seu ex utroque latere

10. *glos. hic*, est obligatio mutua *Cujac. ad l. 7. de pact.* † Contractum enim rectè dici quasi contra seu vicissim actum, & contrahere quasi mutuo & vicissim trahere, notavit *Alciat. ad h. l. n. 9.* Verbum etiam *συνάλλαγμα* idem esse, quod simul mutatum aut tractatum idem annotavit n. 8. † Id contingit in contractibus quorum exempla in textu nostro subjiciuntur, consensu constantibus; ex quibus uterq; contrahentium invicem, seu ultrò citròq; sibi sunt obligati. Igitur hi propriissimè contractus. † Non ita stipulatio, mutuum, & similes obligationes. Veniunt tamen appellatione contractus etiam *μονόπλευροι* ex uno tantum latere obligatorii, latiori contractus significatione §. *fin. instit. de oblig l. certi. 9. §. quoniam 3. de reb. cred. l. contractus 23. de R. I.* † Nempe *διπλευροι* absolute contractus sunt; *μονόπλευροι* tantum modo quodam. Et in his modo quodam ultrò citròque obligatio est, non ratione personarum obligatarum, sed ratione ipsius facti seu tractatus: quia ultrò citròque hoc agitur, ut obligatio sit, etsi hæc in uno contrahentium solo constituatur. Igitur & hi contractus sunt ultrò citròq; obligatiò, non in esse, sed in fieri. Isti tractatus ultrò citròque facti, in expressis conventionibus non obscuri sunt. Sed quæ ratio in quasi contractibus facit, ut interdum & simplici contractus appellatione veniant, *l. ex contractibus 49. de O & A. l. sed & cum. 16. de negot. gest.* eadem præstat, ut ultrò citròque tractatus etiam intercessisse videantur *l. si quis absentis 5. de O & A. l. sed & is. 4. quib. ex caus. in possess. eatur.* † In delictis difficilius est ostendere, ultrò citròque obligationem intercedere seu mutuos tractatus; postquam

quam sunt invito arg. l. inter omnes. 46. §. recte. 7. de furt. qua ratione  
delicta contractibus opponuntur, ut species contra distincta in l. 1.  
prin. de O & A. §. sequens. instit. eodem tit. † Interdum tamen & de-15.  
lictis contractus appellatione veniunt l. omnem. 20. de judic. l. si rerum.  
52. de re jud. Aristot. 5. Eth. quæ significatio contractus latissima est,  
& eâ ratione fulciri potest, quâ delinquens in legem, puniens de-  
lictâ, consequenter in pœnam lege impositam consensisse arg. l. 1. de  
legib. l. ergo. 40. eod. & is, in quem commissum, fidem delinquentis  
secutus fuisse videri potest. ut dictum ad l. creditores 10. circa finem  
sup. h. tit. † Denique gestum propriè generalius est contractum pro-16.  
priè sumto. Significat enim rem sine verbis factam. h. l. in fin. † Er-  
go stipulatione non dicetur propriè quid gestum, sed tantum<sup>17.</sup>  
actum l. 2. §. fin. de reb. credit. At in mutuo, deposito, commodato,  
indebito & similibus, quamvis propriissimè non dicatur nego-  
tium contractum: gestum tamen dicetur arg. h. text. l. si in area 33.  
de cond. indeb. † Sed & gestum usu porrigitur latius. Licet enim<sup>18.</sup>  
inter gesta & facta videatur quædam esse subtilis differentia, si ver-  
borum proprietatem spectemus: attamen natura negotiorum, id est,  
abusivè, nihil inter factum & gestum interest l. licet 58. inf. h. tit. l. ait  
pretor. 7. de minorib. † Aristoteli facere & agere differunt, quod il-19.  
lud opus post se relinquit, hoc non, Piccolom grad. 5. virt. moral. c. 52.  
Icti autem hoc discrimen non observant. Cujac. ad l. seq. † Factum<sup>20.</sup>  
quandoq; sumitur pro facto nudo, quod est sine datione l. si stipu-  
ler. 25. de V. O. † Sed hic sumitur generaliter & tripartitam reci-<sup>21.</sup>  
pit divisionem, si aliquid detur, si aliquid fiat, si aliquid obtingat:  
quorum tertium in eventu est positum: secundum in facto nudo:  
primum in datione l. in facto 6. de condit. & demonstr. l. faciendi. 175. l.  
verbum. 218. inf. h. tit.

Ad l. 20.

Verba contraxerunt gesserunt, non pertinent  
ad testandi jus.

† Testamentum non est contractus, nec gestum. Contractus ob-<sup>1.</sup>  
ligatio est, l. preced. & gestum itidem obligatio. §. 1. inst. de obligat.  
que qf. ex contract. nasc. Testamentum non est obligatio, sed volun-  
tatis nostræ sententia justa l. 1. qui testam. fac. poss. nulla necessitate  
adstrin-

adstringens: seu testatorem, qui semper mutandi iudicii facultatem habet, et si Imperatorem heredem instituerit; *l. si quis. 6. C. qui testam. fac. poss.* seu heredem, qui non tenetur testamento parere, sed non ad eundem hereditatem, illud irritum constituere potest *l. i. in fiu. de in iust. rupt. irr. test. arg. l. 6. de R. I.* † Sunt quidem heredes aliqui ipso iure, nolentes volentes, ob id necessarii dicti: *§. 1. inst. de hered. qual. & diff.* sed hæc necessitas non oritur ex testamenti natura, sed ex iure potestatis dominicæ aut patriæ *§. sui autem 2. ibi, qui in potestate, §. ceteris 3. ibi, qui testatoris iuri subjecti non sunt, inst. d. tit.*

3. † Deinde in contractu ultrò citroque inter duos contrahentes tractatus ut dictum ad *l. preced.* In testamento tractatus nulli inter aliquos, sed nuda declaratio mentis, quod quis solus, scilicet testator, post mortem suam fieri velit *d. l. i. qui testam. facere poss.* † Et quæ veteri iure mancipatio & veluti quædam venditio in testando interveniebat, non erat vera, sed imaginaria. erat tantum solemnitas extrinseca, quæ non ingrediebatur ipsam testamenti essentiam, nec faciebat ex testamento contractum. *§. 1. inst. de testam. ord.* † Similiter quod totum negotium, quod agitur testamenti ordinandi gratiâ, credatur hodie inter testatorem & heredem agi: *§. sed neque heres 10. inst. d. tit.* intelligendum ratione rei à testatore ad heredem perventuræ, seu ratione commodi: non ratione personarum & actus ipsius: ita ut credatur negotium quidem inter testatorem & heredem agi: sed non à testatore & herede simul, sed à testatore solo. † Delatâ demum hereditate, in heredis arbitrio est, an pro herede gerendo oneribus hereditariis sese obligare velit. *§. penult. & ult. instit. de hered. qual. & differentia. §. heres quoque. 5. inst. de oblig. quæ qf. ex contr. nasc.* Quanquam etiam differentia sit inter agi & contrahi, *l. preced. v. v. alter. 2. Miscell. 27.* & inter id, quod revera agitur & agi creditur aut videtur, hoc enim denotat improprietatem *prim. instit. de obligat. quæ qf. ex contr. nasc.* † Deniq; contractus ut & gesta pendent ex voluntate contrahentium aut gerentium, & vires accipiunt ex iure domini & libera cuiq; competenti de re suâ pro libitu disponendi facultate *l. in re mandata. 21. C. mand.* Non ita testandi causa de pecuniâ suâ, sed legibus certis specialiter facultas est permessa *l. testandi. 13. C. de testam.* & testamenti factio dicitur esse juris publici *l. 3. qui testam. fac. poss. & ibi Cujac.* † Inde nec argu-

men-

mentū à contractibus ad ultimas volūtates semper procedere con-  
stat. quæ legata. 18. de B. I. Eberhard. in Top. loc. à contr. ad ult. volum. n. 3.

Ad l. 21.

Princeps bona concedendo, videtur etiam ob-  
ligationes concedere.

† Bonum universè sumtum definit Aristoteles 1. Eth. quod omnia 1.  
appetunt. † Bonum aut primum est, aut ortum à primo. Primum 2.  
Deus solus est. A primo ortum, divinum est aut humanum, hoc i-  
terum aut animi, aut corporis, aut fortunæ; quæ itidem condu-  
cunt, aut ad honestatē, aut utilitatem, aut delectationem Piccolomien-  
de virt. mor. grad. 8. c. 1. & seqq. † De bonis animi Ethicus tractet: 3.  
de bonis corporis physicus: & cuiq; in suâ professione, sua bono-  
rum appellatio ibidem palmaria sit † Jcti verò in tractando jure 4.  
occupati sunt circa actiones hominum externas, quatenus in illis  
justi & injusti discrimen elucet l. 2. in fin. de legib. §. juris præcepta. inst.  
de l. & l. Illæ autem cum versentur vel in tribuendo suum cuique,  
vel in tribuendi modo; & suum cuiusq; vel in personâ ipsâ, vel in  
rebus externis versetur §. fin. inst. de l. N. G. & C. bonorum appella-  
tione in secundo juris objecto, quando de rebus agunt, non alia,  
nisi eò pertinentia intelligunt † Inde bonorum appellatio illis 5.  
naturalis est aut civilis l. bonorum. 49. inf. b. tit. Naturaliter bona di-  
cuntur à beando; beare est prodesse. Eà significatione divites bea-  
ti, & beata uxor insolens malum Seneca. Gothofr. ad d. l. 49. Gödd. ibi-  
dem n. 3. † Profunt autem inprimis, quæ jure domini nostri sunt. 6.  
Etenim ea absolutè, sine cuiusq; impedimento, hæc nostra sunt, ut  
eadem contra cuiusq; impetitiones retinere, ablatas vindicare, iis-  
dem pro libitu uti: aliis de usu eorundem quantum volumus con-  
cedere, aut etiã in totum alienare possimus. Donell. lib. 9. comm. c. 8.  
9. & 10. † Ergò quæ absolutè & jure domini nostri sunt, ea quoq; 7.  
absolutè in bonis nostris computantur. l. rem in bonis. §. 2. de acq. rer.  
dom. Quæ autem modo quodam domini nostri dici possunt, veluti  
ususfructus, servitutes, dicentur quidem in bonis esse, sed eo tan-  
tùm modo, que sunt pars domini, l. ususfructus. 4. de usufruct.  
† Quæ bona fide à nobis possidentur, à domino verò vindicari &  
nobis auferri possunt l. penult. l. fin. de publ. in rem act. l. officium  
p. de rei vind. attamen in bonis nostris esse modo quodam dicun-  
tur,

C 2

tur,



etur, quod interim commodum inde proveniens nobis profit § si quis à non domino 35. *inst. d. R. D.* & adversus non dominum actio publiciana competat *tot. tit. de publ. in rem act.* † Eadem ratio est superfi-  
9. ficiariorum de quibus in *l. 1. & 2. de superfic.* † Æquè bonis adnumera-  
10. ratur, si quid est in actionibus, petitionibus, persecutionibus *d. l. bonorum 49. Gōdd. ibidem n. 14.* Per actiones intellige, personales; per petitiones, reales; per persecutiones, extraordinarias, *l. ver-  
11. bum oportebit 8. §. actionis ubi dixi, l. pecunie 178. §. 2. h. tit. n.* † Quod in actionibus est, nobis prodest, si non actu præsentis; tamen potentiã propinquã. Ergò etiam in bonis tantum esse videtur, qualiter qui actionem ad rem habet, videtur rem ipsam habere *l. qui actionem 15. de R. I.* † Et ista omnia tamen sic in bonis sunt, quantum beant & sunt sine onere. Bona enim cujusq; intelliguntur, quæ deducto ære alieno supersunt *l. subsignatum. 39. §. 1. l. remisse 165. inf. h. tit. l. generali 32. in fin. l. fin. de usufruct. legat. l. usufructu. 69. ad leg. Falcid.* nec propriè bona dici possunt, quæ plus incommodi, quam commodi habent *l. propriè 83. inf. h. tit. n.* Quæ obtinent in naturali  
13. bonorum appellatione, quã denotantur res ipsæ. † At civilis bonorum appellatio universitatem quandam ac jus, & quando ad successionem refertur, jus successionis demonstrat *l. bonorum. 208. inf. h. t. n.* Continet non commoda tantum, sed etiam incommoda  
14. *l. nam quod 14. §. fin. ad Trebell. l. 3. de bonor. possess.* † Qualiter autem bona accipienda sint, ex materiã subjectã sumendum, ut in naturalibus naturaliter, in civilibus civiliter bona intelligantur. *arg. l. 1. & tot. tit. de acquir. vel amitt. possess. juncto tit. de bonor. possess.* Inde nunc manifestum fit, quare Princeps bona concedendo videatur  
16. etiam obligationem concedere. † Non tantum enim obligationes in bonis sunt naturaliter sumtis, si obligationes intelliguntur activè, quibus alius nobis adstringitur *d. l. bonorum 49.* Sed si bona civiliter accipiuntur etiam passivè sunt in bonis, quatenus aliis tenemur *d. d. text.* † Igitur cum Princeps bona concedendo referat se ad illa, quæ fuerunt ante capitis diminutionem, non ad singula, sed ad universa: consequens est, ut tam passivas, quam activas obligationes concessisse videatur *l. 3. de sent. pass. l. 4. C. eodem* maximè ne restitutus, aliter melioris nunc sit conditionis, quam antea

antea fuisset. Alciat. hic. † Quod si naturaliter bona acciperemus. 17.  
nihilominus obligationes passivæ & res alienum ante foret dedu-  
cendum. cum non aliter intelligantur, nisi res alieno deducto d.  
l. 39. §. 1. inf. h. tit.

Ad l. 22.

Plus est in restitutione, quàm in exhibitione.  
Nam exhibere est præsentiam corporis præbere:  
restituere est, etiam possessorem facere, fructusq;  
reddere. Pleraq; præterea *restitutionis* verbo con-  
tinentur.

† Exhibere est veluti extra habere, quod intus quasi recondi- 1.  
tum latebat; est extra secretum habere, seu in publicum producere  
& videndi tangendiq; facultatem præbere l. 2. §. ait prætor. 8. de  
hom. lib. exhib. est in publico potestatem facere, ut ei, qui agat, ex-  
periundi sit copia l. exhibere. 2. ad exhib. † Labeo definiverat exhibe- 2.  
re, præsentiam ejus, de quo agitur præstare. Paulus istam defini-  
tionem ut malam notabat duplici argumento; & quod ejus  
etiam, qui sistitur, præsentia præstetur, qui tamen non exhibea-  
tur: & quod furiosus, infans, rectè dicantur exhiberi,  
quorum præsentia præstari non videtur l. fin. j. h. tit. quia præ-  
sentia non tam corporis, quàm animi sit l. coram Titio 209. j. h. tit.  
Alciatus Labeonis sententiam ad. d. l. fin. propugnat, & exhibendi 3.  
verbum generalius putat, ut etiam ad illum, qui sistitur referri  
possit, ac præsentiam intelligit de solius corporis præsentia.  
Arbitror & ipse, Labeonis non expugnatam definitionem, etsi 4.  
illum, qui sistitur, exhiberi, non ausim asseverare; cum in secreto  
sistentis non fuerit. Qui sistitur, ejus præstatur præsentia, non  
tanquam de quo agatur, sed contra quem agatur. † Labeo verbis 5.  
illis, de quo agitur, non personam, sed rem respicit. Deinde  
Labeo non intelligit præsentiam quamecunq; sed eius, de quo  
agitur. Si nunc agatur de animo, certè nec furiosus & infans  
rectè dicentur exhiberi; quia ejus, de quo agitur, animi scilicet  
præsentia, non præbetur. Sin autem de corpore, utiq; furiosus  
&


& infans non rectè tantùm dicentur exhiberi, sed etiam ejus, de  
 6. quo agitur præsentiam præstari. † Sandè ubi de exhibitione agi-  
 tur, non animus spectatur, tanquam res incorporalis, sed corpus,  
 quod solùm videri potest & tangi d. l. 2. §. *sic Prætor. de hom. lib.*  
*exhib.* Igitur & præsentiam cum dicit Labeo, ejus de quo agitur,  
 7. corporis præsentiam intelligit, non animi. † Proinde Cajus no-  
 ster in h. l. n. non diverso modo à Labeone, sed tantùm aliquantò  
 8. clarius definit, exhibere, esse præsentiam corporis præbere. † Plus  
 est in restitutione. Restituere est veluti retrò statuere, quod duo  
 in se continet; & ut res constituatur penes alium, quod non fit in  
 nudà exhibitione: & ut constituatur retrò, id est, non tantùm  
 qualis nunc est, sed qualis retrò fuit, cum omni effectu. Primum  
 est, quod hic Jctus ait, restituere esse etiam possessorem facere.  
 Pomponio in l. fin. h. tit. est corpus præstare. Alterum declarat  
 9. exemplo fructuum. † Generalius Pomponius d. l. definit, esse  
 omnem rem conditionemque redditâ causâ, præstare. Paulo  
 in l. restituere. 35. & in l. restituere. 75. j. b. tit. est simul & causam  
 actori reddere, quam is habiturus esset, si statim judicii ac-  
 cepti tempore res ei reddita fuisset, aut controversia ei facta  
 non esset. Tempus judicii accepti, est tempus litis contesta-  
 tæ, quo actori sit controversia, ut judex necesse habeat causam  
 audire l. un. C. de lit. contest. De causâ igitur omni post litem con-  
 testatam actori restituendâ non est dubitatio. † At qualiter causa  
 10. ante litem contestatam contingens actori restituenda sit, ex ne-  
 gotii controversiæ & actionis institutæ naturâ pender. Quo sensu  
 tota restitutio, juris dicitur interpretatio, d. l. fin. j. b. tit. Jus enim  
 interpretatur, ac si res cum omni causâ penes actorem semper fuisset,  
 & illum per quem stetit, quo minus esset, taliter eam resti-  
 tuere jubet. Hæc restitutio ex causâ restituendi, seu negotii  
 naturâ est: & negotii natura ex jure, l. ex hoc jure 5. & l. seq. de l. &  
 l. §. singularum ii. inst. de R. D. §. omnium. inst. de obligat. † Quare in re-  
 11. stitutione, non tam rem ipsam, sed & genus actionis, conditio-  
 nem rei conventi, & similes circumstantias spectari oportet,  
 arg. l. sed & loci 4. §. post litem. 2. fin. regund. §. si quis à non domino. 35.  
 inst. de R. D. l. item veniunt 20. de hered. petit. l. fructus 33. de R. V. l. de eo  
 12. §.


12. §. si post iudicium 4. ad exhib. † Alioquin istis paribus restitu-  
tionis, verbo etiam fructus, omnisque causa comprehensa intelli-  
guntur, Gódd. ad h. l. n. 15. & seqq. Causa continet inprimis, per  
quam non restitutam, res ipsa vicissim à domino vindicari posset,  
si scilicet lite pendente usucapio fuisset completa, & possessor  
dominus effectus *prim. & tor. tit. inst. de usucap.* Hanc usucapionis  
causam eum re quoque oportet restitui *d. l. restituere 35. j. b. tit. l. si*<sup>13.</sup>  
*post acceptum 18. de R. V.* † Deinde continet etiam utilitatem, que  
rei detracta & quo res deterior facta est, sive damno naturaliter  
dato, *l. cum pretor. si. j. b. tit.* sive impositione servitutis, pignoris  
contractu, aut aliter res in pejori statu esse coeperit, quam ante<sup>14.</sup>  
fuit *d. l. 18. de R. V.* † Denique continet emolumentum omne ex  
re, aut rei occasione proveniens *l. in condemnatione 173. §.*  
*omn. & verbum. 1. de R. I. l. videmus. 38. §. & quidem*  
*1. & seqq. de usur. l. preterea. 20.*  
*de R. V.*




Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.













AC CARCERES IN CAUSA DEBITI

sonalis arresti gratia secessionem fecerit eum in cambiale usu vel lege *haud inuictum*; nihilo valide cambialiter conveniri posse, docet BEI For. Tit. V. 3. n. 4. p. 137. Conf. BARTH. Ho IV. §. 4. p. m. 833.

8) In litteris cambii *non requiritur jam facta de excussio* jure Saxonico et aliorum locorum leg cambium et pactum obligationis ad carcerem c xonia.

9) In iisdem igitur *nec bonorum cessio* liberat a ca Conf. b. ABR. KAESTNERI disp. *de obligatione causa debiti*. Lips. hab. 1723. et V. C. IOH. FRI de pecunia mutuatia tuto collocanda. Cap. III jus autor exquisitoria tradit, quam inscripti promittit.

§. CXVIII.

Obligatio ad *obstadium* etiam ab obligatione d rem est diversa. Illa enim, nomine ante diem no bitor interpellatus *diversorium publicum ingredi*, in fere, donec creditori satisfecerit, obstringitur. Q cum designatum *haud ingreditur*, per sententiam ob gitur et quidem cum comminatione poenae *des Schu* tenia ita habet: *Ist beklagter also fort nach Insin nach den öffentlichen Gast-Hof N. zubegeben und das gestellte Einlager zu halten schuldig, mit der Com dem nicht also nachkommen wird, daß auf den fall des Schuld-Thurm ietzt alsdann und dann als ietzt g auf fernar gegen ihn ernstlich verfabren werden soll.* obstadium hodiernum in terris *Sleswico-Holsaticis*, Ha re constat. CAROLUS V. Imp. litteris civitati *Gelnhaus* bus Spirensibus an. 1349. datis se ipse ad obstadium

K 3

